



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 47. Regis responsum ad hunc libellum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

„bellum feliciori successu geratur, ipse
 „met Rex exercitum in Aquitanniam de-
 „stinatum ducat, in Delphinatum au-
 „tem Maduanus provincialibus acce-
 „ptus, quos eadem peste prius libera-
 „verat, cum alio exercitu mittatur,
 „Regina vero Lutetiæ maneat, ut
 „publica Regni negotia, sicuti pruden-
 „tissime, & felicissime antea semper
 „fecerat, interim per Regis absentiam
 „administret: de cetero Franciscus
 „Dous Urbis Gubernator a præfectura,
 „& negotiorum Urbis administratio-
 „ne se abdicet ob causas, quas
 „sileri, quam propalari, nisi aliter Rex
 „jubeat, magis convenit: Rex vero
 „recens electos Mercatorum Præfectos,
 „atque Ædiles confirmet, plenamque
 „Parisinis veniam indulgeat, cum id
 „ob suum studium, atque assiduum af-
 „fectum erga Regem suum promeriti
 „sint.

§. XLVII.

Regis responsum ad hunc libellum.

Ad hunc libellum Rex die decima no-
 na Maji respondit, quamvis ecqui-
 dem haud immerito exinde vehemen-
 ter offenderetur, dissimulata tamen in-
 dignatione moderatis, blandisque verbis
 ita responsum dedit: „Egregia mea in Re-
 „ligionis Catholicæ Apostolico-Romanæ

Thuan.
 Spond. Et
 Mem. l. c.

O o 3

„caussa,

Sæcul XV.
A.C. 1588.

„caussa, univerforum Regni Ordinum
 „salute, ac populi levamine voluntas,
 „præcipuaque studia adeo satis per-
 „specta cunctis retro temporibus fuerunt,
 „ut de iis nemo dubitare possit, aut id
 „ipsum factò, dictove antevertere; bel-
 „lis enim superioribus nullis laboribus,
 „vigiliis, ac ne vitæ quidem propriæ
 „peperci, pluresque de Sectariis victo-
 „rias, quam ullus Christianus Princeps
 „reportavi: etiam pacem cum ipsisten-
 „tavi, nihilque prætermisi seu bello,
 „seu pace, postquam ad regnum voca-
 „tus fui, ut sectariorum vires labefacta-
 „rem, aut eos omnino delerem: equi-
 „dem ob sparsa a malevolis dissensio-
 „num, ac suspicionum semina cursus
 „victoriarum aliquamdiu retardatus est,
 „quibus evellendis cum sedulam operam
 „impenderim, frustra hæctenus fui, &
 „malum dissimulatione crevit: nihilo-
 „minus præterita, ac motum Lu-
 „tetiis excitatum, cujus acerrimum
 „sensum servo, oblivioni tradere para-
 „tus sum, & Parisienses paterna cle-
 „mentia libenter complexurus, si modo
 „se illi in præsens, & in posterum, prout
 „debent, morigeros, ac obsequentes
 „præbeant: interea valde exopto, ut
 „universi Catholici in unionem mecum
 „coeant, & conjunctas copias contra
 „Sectarios vertant: quantum vero ad
 „quere-

„querelas de perverso rerum statu, & Sæcul. XVI.
 „vexationibus id ego, ad quem propius A.C. 1588.
 „res pertinet, plusquam alius quivis
 „doleo, ac summopere mihi molestum
 „accidit: eapropter decrevi, generalia
 „Regni comitia ad decimam quintam
 „Augusti diem indicere, in quibus de
 „instaurando Reipublicæ statu, & de
 „iis corrigendis, quæ prave irrepse-
 „runt, libere more Majorum salva
 „semper Regis dignitate, & auctoritate,
 „ad populi levamen agetur, quæque in
 „iis decreta fuerint, religiose, & infal-
 „libiliter deinceps servabuntur, & exe-
 „cutioni demandabuntur, ita, ut nulla
 „gratia, aut alio respectu iis derogari
 „possit: insuper rationes ineantur, qui-
 „bus saluti Catholicorum, & securitati,
 „ne a sectariis olim opprimantur, ex
 „trium ordinum sententia consulatur,,

His prolatis postea die vigesima se-
 ptima Maji regium diploma coram Se-
 natu promulgari jussit, vi cujus triginta
 quinque, aut omnino quadraginta e-
 dicta, ut vocant, fiscalia annis prio-
 ribus publicata revocabat.

§. XLVIII.

*Fæderatorum postulata Regi
 proposita.*

Circa Espernonium Ducem, & Valet-*Thuan. l. 91.*
 tam ejus Fratrem Rex fœderatis

Oo 4

spo-